

I. N. D.

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

*PRUNIS, IN CAPUT INITI-  
MICI COLLIGENDIS,*

*Occasione verborum Proverb. XXV: 22 & Epist.  
ad Roman. XII: 20 occurrentium,,*

QUAM

SUFFRAGANTE AMPLISS. SENATU PHILOSOPHICO,  
IN REGIA ACADEMIA ABOËNSI,,

PRÆSIDE

*Mag. JOH. BILMARK,*

HIST. AC PHIL. PRACT. PROFESSORE REG. ET ORD.

BRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS:  
OBTINENDIS,,

PUBLICÉ VENTILANDAM SISTIT

*ZACHARIAS TAMLANDER,,*  
STIP. REG. ABOËNSIS,,

INNAUDIT. MAJ. die II. JUNII A. R. S. MDCCXII,  
Horiss. ante meridiem solitisi.

---

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS.





## PRÆFATIO.

Sicut conditionem ægrotorum valde disparem esse experimur; alii enim gravitatem morbi, quo laborant, tenere sentientes, nullas devorare molestias recusant, modo amissam recuperent sanitatem, dum alii, quorum vitalia sensus vix minus acutus adficit, pharmaca, malo depellendo inservitura, vel spernunt, vel pro sua mollitie postulant, ut eadem non sint ingrata, poculum sanitatis alioquin non hausturi; ita quoque inter eos, qui animis ægri sunt, nonnulli præceptis moralibus faciles aures accommodant, &, vita ad eorum tenorem mutata, ex vitiorum tabe convalescere student, dum alii, monitoribus asperi, regulas morales, si nude & sine grato quodam involuero eis proponuntur, parum curant. Ut his etiam ægris, medicina præcipue indigis, consuleretur, tardaque eorum excitaretur attentio, tam virtutum pulchritudinem & vitiorum deformitatem, quam illarum utilitatem & horum noxam per rerum, passim obviarum, imagines & consuetos earum effectus ad vivum repræsentare ab antiquissimis inde temporibus studuerunt Moralium Doctores; quod copiosa idoneorum exemplorum messe, si id ageremus,

A

pro-

2

probari posset, nisi unicūm in medium adductūm sufficeret. Inter sublimiora præcepta Moralia merito habetur illud, quod nobis reliquit Israëlitarum Rex SALOMON, de officiis humanitatis etiam inimicis nostris præstandis; eo difficilius omni ævo habitum, quod naturali hominum genio, in vindictam prono, adversatur. Verba ejus, quæ Proverb. XXV: 21, 22 habentur, ex interpretatioue Apostoli Pauli, in Epist. ad Roman. XII: 20 ita sonant: Εὰν πεινᾷ ὁ ἔχθρος σου, ψώμιζε αὐτόν ἐκαὶ θηψάπολιζε αὐτόν. Τέλο γὰρ ποιῶν, ἀνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὸν κεφαλὴν αὐτῆς, hoc est, si esuriat inimicus tuus, des ei cibum; si sitiat, potum ei præbeas; hoc enim faciens prunas in caput ejus colliges. Quocirca statim indicatum volumus, nobis haud esse propositum, exegesin quandam hujus dicti instituere; sed hisce pagellis, C. Lectoris benevolentia, quam nobis maximo, quo per est, verborum honore expetimus, suffulti, ostendemus, cum quid emblematica illa & parœmialis tocutio: *prunas in caput inimici colligere*, denotet, tum quibus præcipue modis quis *in caput inimici prunas colligat*.

## §. II

In limine hujus dissertationis breviter tantummodo erit monendum, quod cum de versione sententiæ Paulinæ: ἀνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὸν κεφαλὴν αὐτῆς, tum maxime circa verum ejusdem sensum Eрудiti multum inter se discrepant. Quamvis igitur σω-

σωρεύω, uti ex Lexicis patet, significet *coacervare*,  
*colligere*, huic tamen notioni superaddunt alii *capere*,  
 verba igitur allata ita vertentes: *prunas capies super  
 caput inimici tui*; quæ versio an locutioni SALOMONIS  
 respondeat, aliis dispiciendum relinquimus. Hanc  
 porro parœmiam sensu litterali ac physico non esse  
 accipiendam, quemlibet, nisi affectata stupiditate  
 aut præcipua laboret malitia, sponte agniturum spe-  
 ramus. Quum enim vix quidquam sit, quod corpori  
 vivo admotum majorem ei adfert dolorem, quam  
 prunæ, locutio ista per allatam hypothesin involveret  
 præceptum de malo pro malo reddendo, quod tamen  
 & rationi & contextui pariter repugnat. Ab his,  
 quos modo nominavimus, parum illi absunt, qui opinantur,  
 dicto effato indigitari: non posse quempiam  
 in inimicum gravius animadvertere, quam si acceptas  
 injurias beneficiis rependat, ita enim fieri, ut gravior  
 in inimicum existat Dei ira, & is graviores aliquando  
 experiatur prunas infernales. Hac autem hypothesi  
 admissa, sequitur, enim minus peccare, qui inimico  
 nihil præstet boni, quam qui exulceratum ejus animum  
 beneficiis lenire studeat; quem qui non probaverit  
 conclusionem, nec allatæ adsentiet explicacioni.  
 Mentem Apostoli, sicut in aliis sacri Codicis locis,  
 ita in hoc etiam melius adsecutus est B. LUTHERUS, in  
 hunc ferme modum differens: Qui beneficia suo præstat  
 inimico, eum ita commovet, veluti prunas frigefacto ejus animo attulisset, cuius consequens est, ut

ínimicus postea in seipsum excandescat, ipsum suæ malitiæ pœniteat, & benefactorem suum, odio deposito, in posterum amare non recuset (a). A qua explicatione alii, quos videre nobis contigit, parum recessunt.

(a) Vid. Lutheri *Kirchen-Postilla*.

### §. II.

Quamvis autem non diffitendum, quin egregia sit proxime allata dicti Paulini explicatio; subdubitamus nihilominus, an sensum Apostoli ad tenorem similitudinis satis emphatice exprimat: liceat igitur aliquid pro nostra virili parte in hoc argumento tentare. Scilicet Gentium Doctori fuit propositum, declarare, quomodo Iæsus erga suum se gereret inimicum; prohibuerat igitur vindictam ab eo extorquere, & præcepserat bona in eum conferre, ex hac ratione, quod *prunas in caput ejus ita colligeret*. Humanam enim quum nosceret indolem, in vindictæ cupiditatem ac dolorem inimico creandum nimis pronam, modum ostendit, quo quis inimico suo dolorem non minorem, quam si prunas in caput ejus colligeret, attamen fine peccato, adferret; nimirum si tali immerenti beneficia, ei maxime necessaria, præstaret. Sensus itaque hujus paroemiæ hic esse videtur: Confer in inimicum, opis tuæ indigum, quævis bona, ita fiet, ut sive resipiscat, sive non, animo tamen suo accedat dolor

5

dolor non minor, quam si prunas in caput ejus coacervasses, adeoque animum tuum, vindictæ forte cupidum, explevisti. Percepta a læso bona dolorem animo inimici satis acutum adferre vix dubitandum, sensum hunc autem moraliter malum esse, nemo præsumat, quum & bilem inimici temperet, & hic ad meliorem ita reduci possit frugem.

### §. III.

In stadio, quod ingressi sumus, duæ se spectandas præbent personæ, altera læsa, lædens altera, utraque ægra, sed non pari gradu a sanitate recuperanda distans, illa porro ab officiorum cum hac nexu nondum soluta. Siccine, inquiet forte quispiam, naturæ vis inferenda? Amabimus inimicum & eum sublevabimus, qui nos opprimere studet? admitti posse, præceptum hoc morale esse theoreticum, sed in praxin vix deducendum. Evidem non dissitemur, arduum magis esse præceptum de inimicis amandis, quam ut singuli se eidem accommodarent; attamen virtutum splendor in arduis est maximus. Præterea quum læsus agnoscat, se Divino subesse imperio, & ad obedientiam legibus Divinis præstandam esse obligatum, sibi persuasum habeat, se nullo modo, nedum culpa inimici, a generali hac liberari obligatione. Jubar autem lex Naturalis, ut alios homines amemus, quare nec hinc eximendus inimicus; qui proinde, ut ejusdem nobiscum naturæ confors, amandus, quamvis

laſus nec probet, nec probare debeat ejus malitiam. Hoc faciens tranquillitatem ſuę procurat conſcien-  
tię, dum pectus inimici continuę dilaniant furię. Novimus quoque non ſemel accidiffe, ut inimicus prae-  
ter ſuam intentionem laſum juverit, occaſionem ei prae-  
bendo, ſuam innocentiam, modestiam & dexteritatē  
publice oſtendendi, aliorum benevolentiam ſibi de-  
vinciendi, & ſic in meliorem perveniendi conditionem.  
Hæc & alia his paria motiva ſecum expendens laſus,  
judicat, vinculum ſocialitatis inter ſe & inimicum eſſe  
quidem hujus culpa debilitatum, non tamen plane  
disruptum, perspicitque, ſe tam omittendo, quam a-  
gendo, ſpeciosam ab eo sumere poſſe vindictam, Deo  
non ingratam, ſibi autem & inimico proficiam, & ſe  
prunas in caput inimici ita fore collecturum.

#### §. IV.

Suo in hunc modum confirmato animo, laſus  
haud diſſiculter a ſe impetrabit, ut injuriam ſibi factam  
ea excipiat constantia, quaſi aut nullam paſſus, aut  
eam minoris habeat, quam ut ea ſe commotum oſten-  
deret, prunas in caput inimici ita collecturus. Ex-  
peritur enim inimicus, ſe incassum laboraſſe, ſibique  
ereptam eſſe occaſionem laſum vel traducendi, vel  
oppriſendi. Scilicet ſpreta vilescunt, & tela a  
clypeato laſi pectore resilientia, in caput inimici  
redeunt; ſi autem vel agnita videntur accepta ma-  
la, inimicus haberet, de quo ſibi in ſinu gratula-  
retur.

laretur. Quid vero faciet Iesus, si eum maledictis  
 impetat inimicus, & gravissima, quæ potest, felici-  
 tati ejus objiciat impedimenta? Profecto non o-  
 scitandum ei intempestiva patientia, in caussas &  
 occasionem malevolentiae inimici inquiret, & si sua  
 nihil ei exprobet conscientia, sortem suam dissi-  
 mulando ita perferet, quasi non sibi, sed alii malum  
 destinasset adversarius. Sin vero post examen secum  
 institutum animadvertiscat Iesus, se directe vel indirecte  
 caussam offensionis inimico praebuisse, ei declarabit,  
 culpam eam non ex proposito, sed ex levitate qua-  
 dam humana profectam, eamque majores sibi, quam  
 inimico creasse molestias; ad quem calorem frigi-  
 dum inimici peccus sensim incalescet. Immo do-  
 cet experientia, inimicum patientia ac silentio laesi-  
 ta subinde rubore suffusum fuisse, quasi capiti suo  
 prunæ essent admotæ. Tale virtutis documentum  
 inter Romanos praestitit CATO, & eos, quorum  
 vel maledictis vel injuriis petebatur, pertinaci ani-  
 mi robore ac silentio praecclare ultus fuit, ut cum  
 perpetuo opprobrio in ruborem eos daret. Acci-  
 dit, ut quisquam eum in balneo percuteret; quo-  
 tamen facto adeo non fuit commotus, ut ad vin-  
 dictam sumendam eum excitantibus responderet:  
 non memini, me jam percussum. Ante eum quis  
 humanius cum suis vixit civibus, quam SOCRATES,  
 aut quis inhumanius ab eisdem exceptus, quam i-  
 dem Atheniensium Philosophus, qui dum criminatio-

\*) ( \*

tionibus utique gravissimis, sed ex sua & proborum æstimatione plane immeritis nihil movebatur, ita suos usit inimicos, ut quidem horum seipso ulciscerentur & suspendio vitam finirent. En! quam graves prunæ, vel tacendo, in caput inimici non nunquam colliguntur.

### §. V.

Si porro animadvertis inimicus, quod læsus opportunam occasionem, acceptam ulciscendi injuriam, sponte sua, & quod malum malo rependere nollet, e manibus dimisisse, sentiet veluti prunas capiti suo admotas, ut generosum læsi animum, etiam nolens, agnoscere cogatur. Specimen enim virtutis præbet læsus, in Eruditorum scriptis laudatæ quidem, sed inter homines rarius inventæ, ac proinde tanto majori æstimatione dignæ. Ex Historia Sacra discimus, quod Israëlitarum Rex SAUL in DAVIDEM, suum generum & de se optime meritum, internecino exarserit odio, ita ut eum, quo cunque fieri posset modo, e medio sublatum cuperet. Hunc suum professum hostem, vindictæ suæ immolandum non simplici vice Davidi obtulit fortuna, qui vero contentus, argumentis ostendisse evidentissimis, se occasione sponte oblata, dum sine justa ullius exprobatione posset, non fuisse usum, atque suam ita innocentiam extra dubitationis aleam posuisse. Prunas hoc modo in caput Saulis col-

collegit DAVID, ut magnanimitatem generi sui admirans SAUL, profusis lacrimis, in hæc erumperet verba: "Tu hodie significasti, quam bene mihi feceris; dederat me Deus in manum tuam, & tamen me non occidisti. Quis invenit suum inimicum, & cum beneficiis dimittit eum? Rependat tibi Deus beneficium, quod mihi hodie præstitisti. 1 Sam. XXIV: 19 seq. Huic aliud adnectamus exemplum. De Galliæ Rege LUDOVICO XII legimus, quod cum quidam aulicorum eum sollicitarunt, ut vindictam ab eis sumeret, qui sibi, Duci Aurelianensi, remoras nixerant, ne in folium Galliæ eveheretur, generose responderit: *Ce n'est point au Roi de France à venger les injures du Duc d'Orleans.*

### §. VI.

Accidit interdum, ut quis non præter suam culpam malo quodam adficiatur; tantum vero absit, ut accepta ille frangatur contumelia, ut hæc potius eum erigat, & alacriorem reddat ad vitiorum maculas lympha eximiorum meritorum eluendas; qua egregia & inexpectata vitae ratione ægritudinem animo lædentis subinde adfert, illi haud dissimilem, quam prunæ, in caput ejus collectæ, producerunt. Notum est, THEMISTOCLEM, Athenensem, a Patre NEOCLE propter liberam nimis vivendi rationem fuisse exheredatum, illum autem hinc excitatum, vitae genus mutasse, meritis in cives ac patriam postea inclaruisse, & A-

ateniensēs suo ductu insperatam a Persis victoriam ad  
 Salaminē reportasse. Quod si Themistocli, ab hac  
 pugna reduci, cum cæteris occurritset Pater Neocles,  
 quis dubitat, eum inter lætitiam præsentium ac præ-  
 teritorum ruborem hæsurum medium, suamque sibi  
 exprobaturum duritiem. Alio recentiori nostra etiam  
 illustrari potest sententia exemplo, quod verbis dis-  
 fertissimi ROLLINI proponemus (*a*): Lorsque le Grand  
 Condé commandoit en Flandre l'Armée Espagnole,  
 & faisoit le siège d'une de places Françoises, un sol-  
 dat étant maltraité par un Officier Général, & ayant  
 reçu plusieurs coups de canne pour quelques paroles  
 peu respectueuses, qui lui étoint échappées, répon-  
 dit avec un grand sang froid, qu'il fauroit bien l'en  
 faire repentir. Quinze jours après ce même Officier  
 Général chargea le Colonel de tranchée de lui trou-  
 ver dans son régiment un homme ferme & intrépide  
 pour un coup de main, dont il avoit besoin, avec  
 promesse de cent pistoles de récompense. Le soldat  
 en question, qui passa pour le plus brave du Régiment  
 se présenta, & ayant mené avec lui trente de ses cam-  
 rades, dont on lui avoit laissé le choix, il s'acquita de sa  
 commission (*b*), qui étoit des plus hazardeuses, avec un  
 courage & un bonheur incroyables. A son retour, l'Offi-  
 cier Général après l'avoir beaucoup loué, lui fit compter  
 les cent pistoles qu'il lui avoit promis. Le soldat sur le  
 champ les distribua à ses camarades, disant qu'il ne ser-  
 voit point pour de l'argent, & demanda seulement, que  
fii

si l'action, qu'il venoit de faire, paroissoit mériter quelque récompense, on le fit Officier. Au reste, ajouta-t-il, s'addressant à l'Officier Général, qui ne le reconnoissoit point: je suis ce soldat que Vous maltrai-tes si fort, il y a quinze jours, & je Vous avois bien dit, que je Vous en ferois repentir. L'Officier Général plein d'admiration, & attendri jusqu' aux larmes, l'embrassa, lui fit des excuses, & le nomma Officier le même jour.

(a) Vide Traité des Etudes Tom. III. p. m. 106, 107.

(b) Il s'agissoit de s'assurer, avant que de faire le logement, si les ennemis faisoient des mines sur le glacis. Le soldat s'étant jetté à l'entrée de la nuit dans le chemin couvert, s'aquitta si bien de sa commission, qu'il rapporta le chapeau & l'outil d'un mineur, qu'il avoit tué dans la mine.

### §. VII.

Præcipiuus autem idemque maxime efficax modus, prunas in caput inimici colligendi, habetur, si bonum pro malo reddamus, atque vel officia innoxiae utilitatis, vel beneficia, quibus inimicus indiget, ei immerenti, nec quidquam boni a nobis expectanti, præstemus. Quantumvis enim ferrox sit inimicus, studium tamen suæ salutis eum impellet, ut sibi a læso, etiam invalido, caveat, quippe cuius animum graviter exulceravit; quare si re ipsa

experiatur, læsum esse placatum, hujusque persuasionis certissimum habeat pignus, accepta beneficia; profecto nisi omnem ejuravit sensum moralem, dolore mali, in læsum admissi, haud aliter, ac si prunæ caput suum urerent, adsicetur. Si enim ferocissima animalia cibis aliisque bonis, sibi præstitis, ita moveantur, ut ferinam indolem, saltem respectu suorum custodum, exuisse videantur, & quasi erubescant, immo in genua provoluta veluti deprecentur malum, per præcipitem iram in hos commissum; quanto magis erit præsumendum, peccatus inimici dolore affectum iri, dum se ab eo servatum & adjutum experitur, quem ipse oppressum præcipue eupiebat. Hem! ita tacite nec sine rubore ingemiscet lædens, quam dispar mortalium indoles; in angustias redactus, a meis deseror amicis, in communionem meorum bonorum facile admissis, sed meæ tantum fortunæ servientibus; contra ea hilarem ejus exterior opem, cuius vindictam mihi imminere credidi. Congregabis, inquit, HIERONYMUS, carbones ignis super caput inimici, non in maledictionem & condemnationem, sed in correctionem & pœnitudinem, ut superatus beneficiis, excoctus favore cha-

rita-

ritatis, inimicus esse desinat (*a*). Effectum hunc beneficiorum non esse imaginarium quædam declarabunt exempla, ex magna sylloge collecta. JOSEPHUM, inter Patriarchas relatum, adhuc puerum, internecino fratres sui prosequebantur odio, adeo ut innocentis hujus sanguine suas cruentassent manus, nisi Divina eum servasset Providentia. Mutata vero scena, dum Josephus potuisset gravissime ulcisci acceptam injuriam, ingratis fratribus nullum non beneficii genus præsttit, & tandem quis es-  
set, eis aperuit: tunc vero illi, velut fulmine ta-  
cti, in terram prostrati, ultimos ac promeritos atto-  
niti exspectabant cruciatus: Josephus vero post a-  
amicam exprobationem in suam eos admisit fami-  
iliaritatem. Similiter de Israëlitarum Rege DAVIDE  
legimus, cum per iracundiam jurasset, se Nabalis  
domum internecione deleturum ob munusculum  
verbis contumeliosis sibi negatum, in itinere autem  
motus Abigaëlis, Nabalis uxoris, oratione ac dono,  
gratias Deo egerit, quod ipsa suum opportune fle-  
xisset animum. Quam multi denique omni fere ævo  
fuerunt Zoili, qui Regum famam labefactarunt  
maledictis, sed qui, acceptis beneficiis, velut offa-

in os canis injecta, suum & animum & stilum ita  
mutarunt, ut suam sibi objicientes malitiam, prio-  
res calumnias in exquisitas converterent laudes.

(a) Vid. Libr. 1, ad Pelag. Tom. 2. p. 91.

